



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Exhortationes|| Ad|| Religiosos**

**Dirckinck, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

[5. De amicitia & amore nationali evellendo. Thema. Inimicus homo hoc fecit. Matth. 13.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51834](#)

EXHORTATIO V.  
IN REGULAM XLII.

De amicitia & amore nationali eveliendo.

THEMA.

*Inimicus homo hoc fecit. Matth. 13.*

Vel ex Regula.



Eminam amicitiam particularē, dupli zi-  
zaniōrum ge-  
nere adumbra-  
tam, exhorta-  
tione proximē  
praecedente, ex-  
postūmus; restat nunc genus tertium, &  
quē, si non magis, religionis agro noci-  
vum, ab homine inimico, id est Caco-  
demone superseminatum; nempe tri-  
bulorum ac carduorum frumento, id est  
charitati fraternæ, admodum infesto-  
rum; quibus illud Nasonis hemisti-  
chium jure aptaveris: *Lolium, tribulique*  
*fatigant, triticeas messet.* L. 5, Metam.  
Dum sc̄e longē, lateque explicant, accu-  
leis suis segetem pungunt, ac suppri-  
munt. Quid verò istud tribulorum ge-  
nus, nisi amorem & amicitiam parti-  
cularem, in natione & Patria fundatam

indicat? Quæ, nisi sedulò advigilens,  
mirè, licet occulte, serpit, se dilataru-  
dique, nationesque alienas, verbis ac-  
leatis pungit ac supprimit; tanto cha-  
tatis & religionis damno, ut non inj-  
riā, & morbum & pestem utrinque  
nuncupaveris. Plinius L. 18. c. 17, alle-  
rit: *Lolium & tribulos, & carduus, lepidi-*  
*que, non minus quam rubor, interfrugni*  
*morbos potius; quam inter ipsius tene-*  
*stem numeraverim.* Ego verò pradius  
amicitias, prefertim radicatas & adi-  
tas, non modò morbum; sed & patienti-  
& interitum veræ amicitia & charita-  
tis fraternæ, omnisque vita religiose  
venenum ac toxicum esse meritò affi-  
maverim. Quod evicero, si eas chari-  
tati Christianæ, Apostolicæ, primi-  
va Ecclesiæ & Societatis primava in-  
amicam esse, & è diametro repugnat,  
demonstravero.

I. Amicitia

I. Amicitia particularis, inter certae  
nationis & patriæ, homines conflata,  
exclusis aliis, initia tribulorum & car-  
diorum, à Diabolo superseminata, chari-  
tati Christi & præcepto ejus è diamet-  
ro repugnat; veraque dilectionis Christi  
ac Religioꝝ hostis ac pessis est.  
Quali enim dilectione, nos Christus  
Dominus profectus est? Nobisque  
præcepit Fratres nostros prosequi? Non  
alii certe, nisi charitate universalis, ve-  
hementi & perseverante: *Hoc, inquieto-*  
*dat, quod præceptum meum, ut diligatis invi-*  
*am, sicut dilexi vos.* Id est: quemadmo-  
dum ego vos Apololos meos, omnes  
mortales, universalis amore com-  
plexus sum, nemine à viceribus chari-  
tatis excludendo; ita jubeo, mando,  
volo, ut & vos, fratres vestros ac proximi-  
mos, simili amore prosequamini. Hac  
igitur est formula, hic est modus dilec-  
tionis religioꝝ. Christus Dominus  
noster non solum Galilæis & Judæis; sed  
omnibus umrisino hominibus, bene  
volit; omnibus vera bona favit, omnes  
filios fieri & ad agitionem veritatis  
perire desideravit. *Nec est præceptum*  
*meum, ut diligatis invicem, sicut ego dilexi*  
*vos,* & omnes vobis: Christus Domi-  
nus noster universalem suum erga  
omnes amorem luculentè ostendit, pro  
omnibus de cœlo in hoc exilium de-  
scendendo: pro omnibus saccum mor-  
talitatis nostræ induendo, pro omnibus  
annis in hoc mundo sese detinendo;  
Pro omnibus Sacraentia instituendo;  
tanquam lux vera, omnem hominem  
venientem in hunc mundum, doctrina  
veritatis illuminando; pro omnibus  
diffusa tormenta subeundo, & mor-  
tem crucis probrofissimam oppetendo.  
Hac est charitas Christi excellentissi-  
ma, vehemens & constanter perseve-  
rans; nam cum dilexisset suos, qui erant  
in mundo, in finem dilexit eos. *Adver-*  
*sus probatur amor,* inquit S. Chrysostomus,  
affidio pensatur periculus, panis exas-  
minatur dilectio, morte perfetta charitas  
innuitur. Serm. 6. de paſ. Dom.

II. Talis, Charissimi, sit nostra, erga  
Fratres, dilectio, non particularis; sed,  
sicut Christi Domini, universalis erga  
omnes, S. Basilius in reg. brev. interrog.  
160. cum quereret, quali benevolen-  
tia inter nos copulari oporteat? Eas  
respondet, quam Christus Dominus decla-  
ravit his verbis: *Diligite invicem sicut di-*  
*lexi vos.* Majorem dilectionem nemo habet,  
quam ut animam suam ponat, pro amicis  
suis. Pro amicis suis, id est pro iis, quos  
diligit, & amicorum loco habet, sive a-  
miciunt, sive inimici: quomodo Salva-  
tor etiam pro inimicis, pro persecutori-  
bus & crucifixoribus sui mortem subi-  
vit. Tali igitur nos invicem complecti  
oportet amore, tam vehementi, tam  
constanti, ut mortem sustinere pro Fra-  
tribus non vereamur: quanto magis in  
rebus obviis & leviioribus, charitas om-  
nibus, nemine excluso, constanter, non  
in tirocinio duntaxar, sed toto vitz de-  
cursu est exhibenda?

II.  
Repugnat  
charitati  
Apostoli  
licet;

II. Particularis amicitia nationalis  
pestis est, & repugnat charitati Aposto-  
licæ; quâ hi omnes nationes, omnes  
Apostol-  
gentes, omnes populos absque discri-  
mione terrarum & patriæ, amoris sim-  
ilarum complectebantur. Percurrit  
totum Apostolorum Senatum & veri-  
tati, qua dicimus, consentanea esse,

spc

reperieris. Quid enim? An non Apostolorum Princeps, licet Galilaeus esset ac Judeus, Romam tamen profectus est, ibidemque in Romanos eti gentiles, & caligine ethnicā involutos, tanto ferebatur amore; ut pro eorum salute & vincula & carceres subire, & sanguinem profundere non dubitari? An non S. Jacobus pariter Judaeus & Galilaeus erat, & tamen Hispanos tanto profectusquebatur amore, ut ingentes pro eorum salute, labores, libens exantlarit; vi-tamque suam, istic prompte obculisset, nisi divina providentia, capitis damnandum, ac securi feriendum Hierosolymis ordinasset? An non S. Paulus, licet Tarso, Cilicia metropoli, oriundus esset, velut ipse testatur: *Ego sum vir Iudeus, natus in Tarso Cilicia.* A& 22. Nihilominus & in Romanos, & in Corinthios, & in Thessalonicenses, Colossenses, Ephesios, alioisque, quibus Evangelium annuntiabat, tanto rapiebatur amore; ut pro illis, anathema esse & sanguinem fundere exoparet; quemadmodum Romae postea, extra Urbem in loco, ad tres fontes, dicto, accedit, ubi cervice resecta, lac, ut ait S. Chrysostomus, pro sanguine dedit. Eadem communis charitas in reliquis Apostolis eluxit. Et va misero mundo, si solos illi dilexisserent populares: quid si enim Petrus huiusset Bethsaidz, Paulus Tarso, alii in alia urbe patria; ubi, obsecro, manusset conversionis totius orbis terrarum? Quo pacto implevisserent Domini mandatum. *Ite in mundum universum, & predicate Evangelium omni creature!* Non patriotis tantum, sed omni creaturæ? Hac est igitur charitas Apostolica,

ad omnes nationes, gentesque scilicet dilatans ac porrigen: hanc factis, bare verbis illi docere: Unde roties incitant: *Non est distinctione Iudei & Graeci, servi & liberi, Barbari & Scytha, nam idem Dominus omnium*, qui sicut omnes homines amore magno prosequitur, ita eundem ab Apostolis demonstrat erga omnes volunt. Taliigitur & nos, qui vitam profitemur Apostolicam, charitate non particulari, sed universalis resurgere decet; si professione nostræ facere satis, & ingentes animi, manipulos cum exultatione portare delideremus.

III. Particularis amicitia nationis, pestis est, & repugnat charitati primitivæ Ecclesie, quam Diabolus super seminando zizania falsæ dilectionis gentis propria, pessundare conatus est. Erat, tunc temporis, teste S. Luca, in Ecclesia cor unum, & anima una. Cor unum, quia idem sentiebant omnes; anima una, quia nec voluntatum diversa, riant studia. Et cum præterea agerille Servatoris nostri sanguine recente, largè irrigaretur; dici vix potest, quin arcto charitatis vinculo omnes coquuntur. Et tamen quod fidem penituperat, in tam alta pace ac tranquillitate, tam vehementer repente turbo omnia est, ut illam penitus disturbaturus videatur. Sed unde quæsto hic turbo extortus est? Non aliunde, nisi ex nimio nationis propria studio & patrie amore: quia nimurum in distribuendis elemosynis communibus libentius. Apostoli utebantur operâ viduarum habitatione, quam græcarum; proptereaque illa, ut observat Beda, majori rerum ac-

corum usū atque notitia prædictæ , me-  
liorū omnium necessitatibus proficere  
poterant, quām græcæ. Cū ecce Græ-  
ci imper in Christianorum numerum  
alecti, non tam contra viduas Hebreo-  
rum, quos nihil in ea re culpæ admisisse  
exclamabant, quām contra Apostolos  
pessimū conqueri coepérunt. Crescente  
rauore discipulorum, factum est murmur  
Græcum, adversus Hebreos; eo quod despici-  
eretur in ministerio quotidiano vidua eou-  
ta. Act. 6. Quis non miretur? Patie-  
bantur Christiani illi primi, horrendas  
persecutiones, rapiebantur ad carceres,  
ad vincula, ad rogos & gladios: sed  
omnibus hisce tormentis levia Tyrannis  
animorum unionem relaxare non  
potuit, quin potius auxit, arctiorique  
eis invicem charitatis nexu constricti;  
stadium verò nationis, laxare &  
confingere hoc vineulum paravit. Cui  
in more possum est, non alterius natio-  
ni perlonarum dignitatem & merita  
attendere, sed illarum exaltationem,  
gentis suæ depressionem & contem-  
pnum interpretari. Et quid despicerentur  
in ministerio quotidiano vidua eorum;  
non autem, postponerentur, sed despice-  
runt. Et hæc quidem tam virulenta  
pestilens est passio, ut ne ipse quidem  
Apostolorum Princeps, ad singulos  
pròpè passus, non tantum verbis, sed  
umbra etiam prodigia patrans, ab hoc  
iudicio illorum temerario excludere-  
tur. Nec turbo sedatus, pestiferque hic  
morbus compressus fuisset; nisi tempori  
provident Apostoli, & viduis utrius-  
que nationis à concredito ministerio re-  
moris, septem viros Spiritu S. & sapien-  
ti plenos ad hoc munus elegissent. Act. 6.

O amoris nationalis inordinati ma-  
lignitas! o charitatis vera hostis! o lues  
pestilens! o fecundum suspitionum, ju-  
dicatorum temerario, obmurmurationum,  
odiorum ac dissidiorum fe-  
minarium! Si eum excitas turbinem, in  
primitivæ Ecclesie viris, primo spiritu  
etiamnum, novoque ardore flagrantibus;  
quas in pectoribus à primævo illo  
calore multum deficientibus strages  
excitabis? Si ipse Apostolorum Princeps  
ac reliqui Apostoli, à suspicionibus vi-  
tulentis & judicis temerariis non fuere  
liberi; quis deinceps Præsidum aut Præ-  
latorum immunis erit?

IV. Particularis amicitia nationalis,  
pestis est, & repugnat vocationi nostræ,  
repugnat legibus & menti Sancti Fun-  
datoris nostri, repugnat primæva Societati  
nostræ; quod paucis declarabimus.

1. Repugnat vocationi nostræ; quæ  
ex Regula 2. est diversa loca perigrare &  
habitate in quaevi mundi plaga; ubi maius  
Dei obsequium & fructus animarum spera-  
tur. Ideo nos voto peculiariter obstringi-  
mus, ad qualvis missiones, inter fideles  
& infideles, in Europam vel Asia, in Chi-  
na vel Malabar, in Brasilia, aliavè re-  
gione longi qia obeundi. Et quæ id  
ratione fieri, ab iis, qui privato amore  
nationi sua arctè nimis agglutinantur?  
Aut quis id præstabat, nisi omnes gen-  
tes, & torum mundum in corde suo ge-  
stet, ut de Gentium Doctore com-  
memorat S. Chrysostomus: Cor Pauli, cor  
totius mundi? Aut quomodo tanta chari-  
tatis ac pectoris amplitudo & latitu-  
do, cum tanta cordis coarctatione, an-  
gustisque amoris stare poterit? cogitate  
ergo & videte Fratres vocationem vestram:

Eccc      Vot

Vos mundum deseruistis & patriam, atque in scholam, cohortemque Christi adsciri elitis, adeoque vos non estis de mundo. Sed ego elegi vos (de mundo) & posui ut eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat: at Salvator. Posuit nos ut fructum afferamus, hoc est invicem diligimus: exponit S. Augustinus Tract. 87. in Joann. Charitas ergo est fructus noster: hanc diligimus Deum, hanc diligimus invicem. Hanc Apostolus commendare volens fructus spiritus, a capite posuit: Fructus, inquit, spiritus: charitas est: Deinde gaudium, pax longanimitas, benignitas, bonitas. S. Aug. l.c. Quo autem pacto haec cum amore privato consistent?

2. Repugnat menti & legibus S. Ignatii, qui 3. p. Confit: quod etiam in Regulam 17. Summarii translatum est: voluit nos omnium creaturarum amorem inordinatum exuere; ac deinde unione & conformitate voluntatum maximam copulari. Reg. 42. Ut tanquam una phalanx & quasi vir unus, Domini nostri JESU Christi hostes aggredemur, & quoniam vis unita fortior est, generosè sternemus, nequamque verò, si divisi iudicio ac voluntate fuerimus, id obtinebimus; sed potius ab hostili exercitu fugabimur & dissipabimur.

3. Repugnat Societati primavera adeò floridae ac celebri, quæ ex diversissimis nationibus coœluit: S. Ignatius enim erat Cantaber, S. Xaverius Navarraeus, P. Petrus Faber Allobroga. P. Joannes Codurius Gallus; P. Simon Rodericus Lusitanus atque ita de reliquis; & tamen tanta erat omnium, consensio unioque animorum, ut pro miraculo haberetur.

Quemadmodum Ecclesia Catholica decus & ornamentum est, quod exercitii adeò nationibus ac populis confitit: nisi irrum. Ex omni natione qua subcallo est. Act. 2. Unde Davidi Regi spectinam se exhibuit, in vestitu deaurato, multudata varietate. Psal. 40. Quæ varietas, ex mente Augustini symbolum extitit diversorum illorum idiomaticum & linguarum, diversarum illarum nationum, quas sibi suo Ecclesia Dei complebitur, vera totius Universi Regina, vestitus Regina bujus & pretiosus est & rarus in lingua variis. Alia lingua Africana, alia Syria, alia greca, alia hebreæ, alia illa, et illa. Faciunt lingue istæ varietatem nostra Regina bujus: quæ magnificè resurgit & gloriatur. Ita pariter Societatis nostra minima non infima gloria est, tanta nationum varietas & tanta animorum conformitas; linguarum divisio, cordum unio, quam tantopere subpiciebat ac deprædicabat summus Pontifex Gregorius XIII. Verum unicè nobis in Societate curandum est, quod in Ecclesia, tanquam tunica inconsutile, observandum monebat Augustinus: In religione varietas sit, scissura non sit. Abiit abutitur laus haec & gloria varietatis à supremo Numinе, tanquam ornamentum singulari Societati collata, occasione dire & crudeliter ejus laceranda præbeat. Tunc enim verò posite omni ornatu aureo, atro sc & lugubri habitu debet obnubere. Avertat bonus Deus omen infaustum! Hac enim ratione omnis Societatis gloria marcesceret, si omnis & decor decidaret, atque ut scribit R. P. Claudio Aquaviva, quantum Societatis nostræ Præpositus Generalis in

in Epistola de perfectione; Formidans foret, ut olim S. Hieronymus dicebat, ingemissons orbis terrarum se Atrianum esse miratus est; ita cum lacrymis miserae Societas, se non amplius eam esse, quaerat; sed tanquam effecto jam corpore defunisse & præstinum vigorem, charitatisque ardorem amississe.

Quia cum ita sint. Dilectissimi, locum hoc pestiferum, & carduorum venenorum genus, aconiti instar, à Caduceone electo sincerae charitatis frumento superseminatum, omnino elevare studeamus, & vel ab ipso vita religio limine, nec minimas in cordibus nostris radicum fibras jacerem permittamus. Ex variis regionibus convenientius in domum hanc probationis, & tanquam varii marmoris, diversique coloris tessellæ, in Religionis pavimento ex muro eleganter compingimur, & charitatis calce conjugimur; allaboremus, ut nec toto vita decursum, nec totâ aeternitate unquam dissolvamur. Caveamus, ut charitas nostra erga fratres nostros, Christi Domini charitatem amolatur; omnes omnino homines completem, pro omnibus morientes; cui omnis particularis amicitia nationalis, quam maximè repugnat. Caveamus hanc verâ & Apostolicae charitatis pelem; & cum illis absque nationum

discrimine, ubicunque terrarum ex obedientia vixcrimus, aut quibuscum commorabimur, dilectione communè prosequamur. Dilatemos cor nostrum, vasti instar maris, quosvis fluvios, Rhenum & Danubium, Tiberim & Sequanam sibi prono excipientis, sibiique uenientis. Ampliemus cor nostrum instar cordis Gentium Doctoris, cor Pauli, cor totius mundi; omnes omnino mortales amore Apostolico complectens. Foveamus charitatem, Ecclesias primitivæ, haud absimilem: & quidquid huic repugnat, averuncemus. Custodiamus unionem primævæ Societatis, in aurea ueste, & varietate, ac summa similitudine gloriose, omnemque spuriam nationum dilectionem, & ipsi Societati & vocationi nostræ, & S. Ignatii instituto ac legibus repugnantem penitus proscribamus. Sic in flore & vigore perstabit Societas: velut coadunata phalanx hostes JESU Christi Imperatoris sui fortiter aggredietur, ac feliciter expugnabit & detriumphabit. Et veluti paradiſus, omni lolio & zizanio carens capi piosos omnium virtutum fructus,

suo & aliorum bono  
producat.

Eccc 2

REGU-